tane alis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Euasionibus, Suspensionibus fatalis Juris praescriptione Terrestri bello, Conuentioneque ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis eludendo. Itaque sua praesenti personali Recognitione ad praemissa oia mediante.

Terlecki Gurzanskim Cedit & Statuet. 105

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Basilius Terlecki, olim Nobilis Stephani Terlecki Filius, olim vero Religiosi Ilia Terlecki Ruthenici Ritus Popi Nepos et successor legitimus, sanus mente, et corpore existens, a Terris Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se, cum successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipse suo, et Nobilis Lesko Terlecki, sui Recognoscentis fratris germani, pro cuius ratihabitione cauet, et se praesentibus inscribit nomine; De omni et integro Jure suo infrascripto, nempe de summa Quadraginta Quinque florenorum Polonicalium originaliter per olim Nobilem Iwan Terlecki Zaniewicz supra scripto olim

2028

Religioso Jud Jerlecki Poppni, sui Recognoscentis Acco Actis Terrestribus Premysliensibus inscripta, et super Bonis ipsius generaliter omnibus modo simplicis Debiti ad solvendum assecurata; tum de eadem ipsa Inscriptione debitorea atque Bonis summa eadem oneratis, cum omni de premissorum Iure, proprietate competentiaque et prerogativa quavis, cumque omnibus et singulis Inscriptionis predictis originalis Debitoreae atque presentis Iuris cessi conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadiis, ligamentis ac nexibus generaliter universis summis quoque memoratis Quadraginta Quinque florenorum Polonicalium utilitatibus fructibus commodis, emolumentis, obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis nihil ex premissis Iuris, proprietatis, accessionis competentias et prerogativas pro se Recognoscente suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout premissa omnia et singula ipsummet Recognoscentem concernebant ac eidem legitime serviebant: Iam ex nunc et de facto Nobilibus Ieremio Gurzanski et Mariannae Jerlecka, suprascripti olim Nobilis Iwan Jerlecki Filiis Coniugibus legitimis eorumque Posteris, (accepta ab ipsis pro premissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et condescendit, prout cedit et condescendit presentibus omneque et integrum Ius suum sibi ad premissa serviens in personas eorundem Nobilium Gurzanskich Coniugum Cessionariorum suorum et ipsorum Successorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit prout transfert transfundit et incorporat presentibus, Per ipsos Nobiles Gurzanskie Coniuges Cessionarios suos et ipsorum Successores

hoc idem Ius

hoc idem sua pro Dextus cessum Summamque supraseriptam
præsentibus per se Recognoscentem abcessam cum Uni-
versis ipsius Utilitatibus et Usufructibus competentiaq
et prærogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi
ipsaq quiete et pacifice utifruendi, Summam præfatam
Quadraginta Quinque Florenorum Polonicalium per se
Recognoscentem transfusam tollendi, levandi et percipien-
di, de levata et percepta quietandi, pro eademque si non
fuerit persoluta Iure agendi, Processus quosvis iudicia-
rios instituendi ac prosequendi et ad debitum Executionis
finem perducendi, Ultimisque omnia tanquam sua
propria ad suos et suorum Successorum quosvis bene-
placitos usufructus libere et effectualiter convertendi.
Iuxta præfati originalis ea omnia latius in se comple-
ctentis præsentisque cessi et transfusi Vigore: Nihilominus
Idem Recognoscens Nobilis Ladislaus Ierlecki, se,
ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter
omnibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et ha-
bendis, suprascriptis Nobilibus Gurzanskim Coniugibus
legitimis eorumque Posteris inscribit et obligat præsen-
tibus, præfatum Nobilem Lesko Ierlecki sui Recogno-
scentis fratrem germanum vel in eventu mortis, Successo-
res illius ad approbandam per ipsos Inscriptionem præsen-
tem Cessionariam vel aliam similem suo pro interesse
faciendam ad Acta quævis authentica Regni Vim
perpetuitatis in se habentia intra decursum sex Septima-
narum adducere et personaliter statuere, ab eisque vel
eius Successoribus, ut præmissa debite exequantur

efficere. Idque sub Vadio similis summae Quadraginta
Quinque Florenorum Polonicalium per eundem Recogno-
scentem, sive eius Posteros suprascriptis Nobilibus Ge-
vranskim Coniugibus vel eorum Successoribus ob non sta-
tutionem eorundem Nobilis Leslea Terlecki sui Recogno-
scentis fratris germani statuendi, vel in eventum mortis
Successorum illius ad exequenda praemissa pro tempore
et loco superius expressis ad solvendum succumbendo.
Pro quo quidem Vadio, modo praemisso ad solvendum suc-
cumbito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non com-
pleta complenda Citatus existens memoratus Recogno-
scens Nobilis Basilius Terlecki, vel eius Successo-
res ad instantiam praefatorum Nobilium Terenscii
Gurzanski et Mariae Terlecka Coniugum legitimo-
rum Cessionariorumque suorum vel eorum Posterorum
ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense
ex tunc receptu suprascripto, quo ad respondendum
spectat mediante, semper in primo Citationis Termino
tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere,
Vadium praefatum Luere, Inscriptioni praesenti satis-
facere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur,
seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit
et obligat praesentibus illum Terminum primum perem-
ptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae
eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmita-
te, pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione
intra vel extra Regnum servitio militari ad munimen-
ta ad Guerram, vel aliis quibuscunque dilationibus et
Legalibus impedimentis non differendo. ad quieta-

tionem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus et triplicatis, Exceptionibus, Suspensionibus, fatalibus diebus, proscriptione Terrestri, bello, Conventioneque, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo, Ita sua personali Recognitione ad praemissa mediante.

Podhorodecki Podhorodecki donat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Joannes Podhorodecki, olim Nobilis Les Podhorodecki filius, sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infrascripta, se Recognoscentem inter alios Consuccessores suos Jure Divino et naturali Successione concernens videlicet Osadę z ogrodem y z Sadem do teyże osady należącem in Bonis villa Podhorodce Terra vero et Districtu praesenti Premisliensi iacens et consistens, cum omni praemissorum Jure Dominio, proprietate, haereditate titiloque haereditario, cumque omnibus et singulis Bonorum eorundem, utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis